



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae  
Ferinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1499**

XXIX. Ad Carolum Hermannum Patr. August.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12416**

Nam neq; te melior quisquam, nec amantior  
Carior aut Musis vir fuit, atque Deo.  
Assidet ergo Themis tumulo modò tristis am-  
Assidet huic Charitum, Pieridumque chon-  
Quem viuum pariter coluere, subinde requiri  
Et lugent cassum lumine, cum lacrymis.  
Salve, care senex, salve: post tempora vite,  
Te Musæ, Charites, & Themis ipsa sacrauit.

XXVII.

Io hanni Posthio Med.

Ante diem, POSTH I, seniū fert tristis egis-  
Præcursor mortis cura sit, atque famas.

XXIX.

Ad Carolum Herman-  
num Patr August.

Cætera qui vult  
Noscere rectè:  
Noscere seipsum  
**CAROLE** discat,  
Cætera qui vult  
Vincere cuncta:  
Se priùs ipsum  
Vincere discat.  
Maxima laus est  
Vincere seipsum:

Noscere seipsum  
Maxima virtus.

XXIX.

Ad Hectorem Aemilium.

Sic conferto tuū, modò si sapis, HECTOR, amore:  
Ne probro sit, plebs si sciat, id quod amas.

XXX.

Rudolphi Bonriederi IC.

& Catharinæ Bufleræ Patr Memm.  
Epithalamium.

Dumibalamū Memminga tibi parat: atq maritū  
Nubilis expectat te CATHARINA suum:  
Me quoque coniuiam rædis dignatus amicis:  
Ad geniale sacrū sponte RODOLPHE vocas.  
O vitam tua vota mihi præstare liceret:  
Quod petis, vt faciam: maxima causa subest.  
Proximitas generis, & nostri mutua cura:  
Et quod consortes artis vterque sumus.  
Patruus hoc optat (scio,) tecum Ianus: & alter  
Ingens Memmingæ Stabenhaberus bonos.  
Sed mea nunc vetat hoc absentia: quando ferinis  
Memborum reparo debile robur aquis.  
Sum præsens animo, licet absens corpore. namque  
Pro te, proque tua conjugē vota fero:

B à Detur